

de bon. lib. l. quia autem 6. §. si patronus, l. preterea 19. ff. si quis in causa testam. l. dotalem 61. ff. solut. matrim. leg. 3. §. si in testamento, ff. si quis in fraudem patroni, quibus in locis cum conset, totam hereditatem liberis patrono deferri, ideo expressè docetur, partem sive feminam deberi. Omnia hac legis decemviris edicti Pratoris, & legis Papia diversa composuit Justinianus sua constitutione, quæ extat in l. 4. c. de bonis lib. §. sed nostra, Instit. de success. lib. l.

Sed ut jam ad præsentem textum regrediamur, cum hucusque tradita procedant tam ex jure Cæsareo, quam canonico, difficilis est præsens canon, quatenus in eo bona liberi ab intestato decedentis dividuntur in quatuor partes, nulla ex eis assignata patrono. Pro cuius difficultatis solutione sciendum est, primis Ecclesiæ saculis fideles plerumque in Ecclesiâ servos proprios manumissis, ut in ea deservirent; & si idonei essent, ad sacros ordines promoverentur, ut probavi in c. 1. de servis non ordin. & in similibus liberis nullum jus patronatus manebat, quia tantum officium divinum vice operum promitti poterat, c. eo liberis, de servis non ordin. & manebat talis clericus tanquam liberus octinus, cum manumissus esset ut ordinaretur. In aliis autem servis a fidelibus pro redemptione animarum suarum in Ecclesiâ manumissis nullum etiam jus patronatus servare retinebat, l. 54. tit. 35. lib. 2. legum Longobard. ibi: " Si quis servum, aut ancillam in Ecclesiâ, vel circa altare amodo liberum, vel liberam dimiserit, sic maneat ei libertas, sicut ei qui Pullreal in quarta manu traditus, & Amundus factus est, nam qui

alium facere voluerit, non eum ducat in Ecclesiâ, nisi in alio modo faciat qualiter voluerit, five per chartam, five qualiter ei placuerit. Patronium tamen ita in Ecclesiâ transibat, ut si aliquo casu revocaretur ita manumissus in servitute, non in dominio pristini domini, sed Ecclesiæ recideret, l. 1. tit. 18. legum Alem. ibi: Si ancilla dimissa fuerit per chartam, aut in Ecclesiâ, & postea servus nascitur, Ecclesiâ ancilla permanet. Et si ita manumissus sine liberis decedebat, Ecclesiâ illi succedebat, tit. 58. legum Ripuar. Unde cum servus, de quo in præsentem agitur, manumissus esset, ut sacris Ordinibus initiaretur, nullum patronum habebat, atque ita ejus successio nulli deserebatur a jure: sed quia non constabat bona ab eo relicta, intuitu Ecclesiæ fuisse acquisita, alias Ecclesiâ competenter, juxta adducta in titulo de penito clerici, sed potius ab eo aliunde erant quaesita, & eis nisi manumissus esset in Ecclesiâ patronus succederet; ideo quia propter privilegium talis manumissionis patronus non occupat ea bona, jubent patres, ut in quatuor partes dividantur, quarum prima Episcopo, secunda Ecclesiâ: tertia pauperibus quarta parentibus præstetur. Nec obstat canon 3. Concilii Tolet. 1. quia ibi Patres agunt de bonis, quæ habebat liberus ante manumissionem, penulo videlicet, de quo ad libitum dominus disponere valet. Nec etiam refragatur aliter canon 74. Concilii Tolet. 4. nam in eo agitur de liberis ex servis propriis Ecclesiæ manumissis, quibus Ecclesiâ succedit jure proprio, cum ex propria familia manumissi essent, & intuitu ejus omnia quaesierunt.

C A P U T I I I.

Innocentius III. a Nivernensi Episcopo, & N. Sancti Benigni Divioniensis, & N. Teloci Abbatibus.

Cum dilectus filius N. Abbas de b. Buxeria ad nostram nuper præsentiam accessisset, & pro causa, quam adversus venerabilem fratrem nostrum N. Episcopum Eduen. habebat, ibidem diutius expectasset, tandem nuncius ejusdem Episcopi supervenit: quibus volentibus ad invicem litigare, venerabilem fratrem nostrum I. d. Viterbien. Episcopum, sancti Clementis Card. concessimus auditorem. Ipsis igitur in ejus præsentia constitutis, Abbas proposuit antedictum, quod cum N. Archiepiscopus de Alerio se, ac sua ad participationem orationum monasterio de Buxeria pietatis intuitu obtulisset, quibusdam rebus suis usui suo simpliciter reservatis, de manu cuiusdam fratris ejusdem cenobii augmentationem & coronam, in signum illius oblationis accepit: & quod hanc concessionem hoc modo fecisset, & non suo nomine, sed nomine monasterii possideret, & monasterio quicquid acquireret, acquireret, sæpe fuit in communi Capitulo protestatus. In hoc etiam publice per viginti annos fere idem Archiepiscopus, nullo contradicente, vel reclamante permanit, ita quod per publicam famam id omnibus notum fuerat. Nam Abbas de Buxeria, qui pro tempore fuerat, & ipsi monachi, rebus ipsius, non secus quam alii rebus propriis monasterii, sciente Episcopo Eduen. qui pro tempore erat, & in nullo genio reclamante, publicè utebatur. Id autem quod mente compositi dictus Archiepiscopus fecerat inter vivos, in ultima voluntate mente sanus, licet ager corpore, confirmavit. Cumque idem Abbas, & monachi res sic legitime datas, & alias, quas Archiepiscopus ipsi concesserat ad utendum, ad suum monasterium reducere vellet, prædictus Episcopus eis violentiam inferens, non solum res f. Archiepiscopatus, verum res ipsius monasterii occupavit, quas cum in bona pace repetere ipsi, ut in rebus illis ei postea grassandi materia plenior indulgeri, Sedem Apostolicam appellavit, in Octavis B. Martini proxime præteriti terminum appellationis prægressus. Econtra prædicti nuncius Episcopi allegavit, quod quando illa donatio facta fuit, Archiepiscopus erat postus extra mentem, ita quod cum interrogatus fuisset a monachis: Vis tu habuit suscipere monachalem? & respondisset: Volo; statim interrogatus ab alio: Vis tu esse abbas? respondit similiter: Volo, sicque prædicti monachi cum ad suum monasterium deportarent: quod idem nuncius fe obtulit probaturum. Præfatus siquidem Abbas, cum ad assercionem partis suæ quosdam testes inconvenientes produceret, nos ipsos recipi fecimus, & diligenter audiri, quorum attestaciones cum interloquendo decrevissimus publicari debere, quoniam super illis capitalis pars Episcopi volebat testes producere, super quibus idem Abbas testes produxerat, ipsæque fuissent in publico recitata, disputatione super attestacionibus ipsæ habita diligenter, multa fuerunt contra dicta restium allegata. Cumque renunciatum fuisset a partibus, dictus Card. quæcumque fuerunt hinc inde proposita nobis, & fratribus nostris fideliter recitavit. Quibus auditis & cognitis sufficienter, intelleximus esse probatum, quod dictus Archiepiscopus agens in extremis velut ultimam exprimens voluntatem, asserit se, ac sua monasterio de Buxeria contulisse. Unde cum requisitus esset ut concederet testamentum, respondit se non posse & testari, quia se, & sua contulerat monasterio sapienti. Et licet unus solus testis dixerit se vidisse, quando præfatus Archiepiscopus se, & sua obtulit monasterio; quia tamen alii testes dixerunt, se audisse ipsum Archiepiscopum in Abbatis præsentia consentientem, & quod prædictum est, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer b. administrantes, assercionem Abbatis plurimum adjuvabant. Quia vero pars Episcopi assererat se velle probare, quod dictus Archiepiscopus in extremis laborans, tanquam phreneticus alienatus erat a mente, unde non valuit quod expressit: nos super his, & aliis, quæ fuerunt hinc inde proposita, cum fratribus nostris diligenter deliberatione habita, causam ipsam vobis sub hac forma duximus committendam, quod nisi prædictus Episcopus legitime comprobaverit sapientem Archiepiscopum suæ mentis i. competentem non fuisse, cum ultimam voluntatem expressit, super impetitione monasterii perpetuum ei silentium imponatur, & compellatur restituere monasterio quæcumque de bonis ipsius Archiepiscopatus, vel etiam monasterii occupavit. Si vero legitime comprobaverit prædictum Archiepiscopum, quæ super ultima voluntate præmissa sunt, alienata h. mente dixisse, ad faciendam ei nomine parochialis Ecclesiæ, cuius administrationem gesserat dum vixisset, restitutionem bonorum, quæ ipsius Archiepiscopus fuerant, monasterium condemnetur, cum idem Archiepiscopus ab intestato decederit: ipique monasterio super impetitione Episcopi silentium imponatur. Nullis literis obstantibus, præter assensum partium, &c. Quod si non omnes, & tu frater Episcopo cum eorum aliter. Datum Romæ, &c. 14. Non. Jun.

N O T A.

Nivernensis. ) Ita restituo inscriptionem, & litteram hujus textus ex ipsi epistolis Innocentii III. editis a Cardinale Sileri, fol. 111. Nivernensis civitas Galliarum, provincia suæ caput, ita dicta est a Niveri fluvio, qui in Ligerim fluit, ut refertur Cæsar lib. 7. c. 10. Papius Malonius in descript. Franciæ, fol. 31. Habet Ecclesiâ Cathedralem dicatam D. Cyro, cuius Præfatum catalogum referunt Democrates in l. de sacrificio Missæ, Chenu in chron. Galliarum, fol. 250.

Frates Sammarthani 10. 3. Gallia, fol. 791. Guillelmo ejus Ecclesiæ Episcopo missa est præsens decretalis, de quo Frates Sammarthani 10. 3. Gallia, fol. 791.  
b. Buxeria. ) Quod monasterium est Ordinis Cisterciensis, olim dictum Triumfontium, de quo hæc Robertus Claudius in sua Gallia refert. ( Buxeria cenobium Cisterciensis Ordinis, diocesis Eduensis, olim Triumfontium appellatum, juxta tria stagna ad Olcarum fluvium, anno 1130. die 12. Martii fundatum est ab Illustrissimis Burgundiæ Ducibus, ut nonnulli putant; sed alii probabilis Nobilis Dominos de Som-

berone auctores illius existimant. ) Aliqua de ipso monasterio refert Manricus tom. 1. annalium Cisterciensium, anno 1130. c. 6. Frates Sammarthani 10. 4. Gallia Christi, fol. 208.  
3. Eduen. ) Edua urbs celeberrima est Galliarum, cujus populi clarissimi Cæltarum vocantur a Mela l. 3. c. 2. Antonio parentat. 4. Ejus civitatis meminerunt Gervolius l. 2. de rebus Pii Secundi, ibi: In Burgundia juxta Eduos, Cæltarum fere omnium quondam principes. Tacitus l. II. annalium: Primi Edui Senatorum in Urbe jus adepti sunt, datum id sceleri antiquo. Sidoanius l. 5. ep. 18. Aymonius l. 1. c. 5. Cæsar l. 6. de bello Gallico. Etiam dicta fuit Augustodunum, ut probant Frates Sammarthani rom. 2. Gallia Christiana, fol. 25. Habet Ecclesiâ Cathedrali D. Lazaro dicatam, cuius Præfatum seriem referunt Frates Sammarthani ubi supra, Chenu in Chron. Galliarum, fol. 55. Gualtero ejus Præfati in præsentem referibit Innocentius.  
d. 2. Viterbien. ) Joannem videlicet Lombardum, qui creatus fuit Cardinalis tituli Sancti Clementis a Cælestino III. ut refert Ughellius to. 1. Italia sacra, fol. 310. n. 10.  
4. et Augmentationem coronæ. ) Quod erat signum oblationis sui, & rerum suarum, ut probat Cirionus ad tit. de donat. non tamen ideo fiebat ita oblatum monasterio, ut probavi in c. in præsentia, de probat. ubi hæc verba illustriavi.  
5. f. Res Archiepiscopatus. ) Non intuitu Ecclesiæ acquisitas; nam

de illis Archiepiscopus disponere non poterat, unde ad Ecclesiâ spectabant; sed de propriis, & patrimonialibus, in quibus cum non haberet cognatos ab intestato venientes, Ecclesiâ succedebat, juxta supra adducta in c. 1.  
g. Non possit testari. ) Non quia monachus esset, juxta tradita in c. 2. de testam. sed quia non habebat bona, de quibus disponeret, cum omnia secum monasterio obtulisset.  
h. Administrantes. ) Non enim de uno, sed de diversis disponebant; & ita administrantes dicuntur, & cum eis ita probavit Abbas oblationem; alias si unus testis tantum confessione oblationis deponeret, & alius testis de oblatione ipsa, non probasset sufficienter Abbas, ut exponit Costa in l. si ex cautione, fol. 379. n. 2. C. de non n. pecus.  
i. Competens non fuisse. ) Quæ negativa convertitur in affirmativam, ut probavi in cap. ad audientiam, de probat.  
k. Alienata mente dixisse. ) Furiosus enim non potest facere testamentum, l. neque, C. de codicil. §. furiosus, Instit. quibus non est permittitur facere testamentum. Donellus lib. 6. comment. c. 5. Sesse tom. 1. decisi. 56. Rodericus Suarez alleg. 1. in qua parte observandi sunt textus in l. 1. de suis & legiti. heredi. l. 15. §. filius, & §. ult. ff. de institi. l. filius 60. ff. de acquir. heredi. l. 17. §. si impuber. ff. de institi. n. 6. & alii quos adduxi in cap. 1. de test.

T I T U L U S XXVIII.

De sepulturis.

C A P U T P R I M U M.

a Leo III.

Os instituta majorum Patrum considerantes statuimus, unumquemque in majorum suorum sepulchris jacere, ut Patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam. Dominus enim & magister alienam elegit ut propriam. Sed quia dignus est operarius mercede sua, tertiam h. partem sui iudicii illi Ecclesiæ dari censuimus, in qua cælesti pabulo refecti consuevit, ut juxta Apollonum sint consolationum socii, ut fuerint passionum: & sic demum ubicumque libitum fuerit, eligat sepulturam. Aliiter ne fiat, auctoritate Domini nostri, qui per Prophetas locutus est dicens: Ne transfregiaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui; sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus.

N O T A.

1. a Leo III. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc i. c. 3. & post Concilium Lateran. sub Alexandro III. p. 43. de sepul. c. 2. & epistola Leonis III. textum hunc citant Antonius Augusti, in notis ad l. cælestis in d. c. 2. Cirionus in paratit. ad hunc tit. Nicolaus Lemaitre de iurib. Episc. l. 2. c. ult. Unde cum in aliqua ex epistolis ipsius Pontificis editis a Vinnio tom. 2. Conciliorum, Baronio tom. 9. anno 796. & 799. non reperitur, credo deductum esse ex aliqua epistola, quæ temporis injuria perierit. Leo III. creatus fuit Pontifex die 26. Decembris anno 795. & Ecclesiâ rexit usque ad annum 816, ut refertur Baronius, & Corolanus in eodem anno, Ludovicus a Sancto Carolo in Biblioth. Pontificiæ, verbo Leo tertius.  
b. Tertiam partem. ) De qua portione parochialis agemus infra, in c. in nostram, hoc titulo.

Sidonius, l. 3. epist. 12. Menardus ad Sacram. D. Gregorii, fol. 238. Ergo siue electa sepultura, siue non, defunctus decedat, intra Ecclesiâ non est sepeliendus. Augur primus hæc difficultas, nam est admittamus jam temporibus Leonis III. catholicos defunctos intra Ecclesiâ sepeliri, non tamen ideo in sepulchro majorum erant sepeliendi, sed potius pro personarum distinctione, ut si clerici sint, in Ecclesiâ ubi resident, c. ubi tumetque 3. q. 2. si monachi, in proprio monasterio, c. 1. 16. q. 1. si laici in Ecclesiâ Cathedrali, ex eodem c. 1. Igitur non sunt necessario tumulandi in majorum sepulchro. Secundo difficilis est præsens textus, dum supponit dari sepulchra majorum, in quibus rationabiliter cadaverum parentum habeat quis dominium in eis; cum certum sit in locis sacris, & religiosis, upate exemptis ab hominum commercio, nullum posse dari dominium, l. in iustum, §. sacra, ff. de rebus divisi. §. nullius, Instit. eodem tit. Igitur etiam in sepulchris, ubi sepulti sunt parentes, nullum datur dominium. Qua dubitandi ratio ita fultata non obstante, vera est præsens assercio, pro cuius illustratione primo sciendum est, sepulchra iure naturali corporibus debita, ut fufe prosequitur P. Faber l. 2. semest. c. 1. pro diversitate nationum usum variatum fuisse: aut enim hominibus, vel animalibus devoranda defunctorum corpora obiciebant, vel alii ex quatuor elementis commendabant, videlicet vel aeri exponebant, vel aquis immergebant, vel igne consumebant, aut terra cordebant. Effedones populi Afræ ad parentum funera vocati eorum cadavera edebant, honestius, & sanctius esse existimantes, ab hominibus, quam a veribus devorari: & ut hac ratione magnam pietatem ostenderent, seque illos juxta secum amare profiterentur. Hero Jocus l. 4. Strabo l. 11. idem refert de Sidonibus Zenodorus in collect. cent. 5. prævar. 25. de Indis Herodotus l. 3. de Ponticis D. Hieron. contra Jovin. lib. 2. de aliis Tertullianus contra Marcionem: ex quibus illustrat Spondanus de cæmeteriis sacris, l. 1. p. 1. c. 4. n. 1. Barcei, gens Hesperia, cadavera vulturibus devoranda obiciebant, eo quod aves illas sacras existimabant. Refert Etianus l. 1. hist. antio. c. 22. Idem tradit de Iberis Iustinianus l. 41. & de aliis Spondanus d. c. 4. n. 2. Alex. ab Alex. l. 3. genial. c. 2. Silius Italicus l. 3. quem usum reprehendit Daulqueus ad erat. de zona Basilii Seleuci. Sic etiam Æthiopes defunctorum corpora in flumina proficere consueverunt, exultantes id optimum esse sepeliendi modum, tradit Diodorus Siculus l. 3. c. 1. cuius moris rationem illustrat Spondanus d. cap. 4. Alii defunctorum corpora aeri dissolvi cupientes, arboribus affigebant, ut Scythæ, Silius l. 12. Tabareni, D. Hieronymus l. 2. contra Jovin. illustrat Spondanus d. c. 4. Combustione etiam, & igne cadavera consumeenda esse, polioiores gentes tenuerunt ut Romanis & Græcis, a quibus Galli, & Germani accepterant, ut refertur Cæsar de bello Gallico, Tacitus de morib. German. Sid-

C O M M E N T A R I U M.

2. Ex hac Leonis epistola sequens communiter deducitur assercio: Unusquisque sibi potest eligere sepulturam ubicumque voluerit, sedentes autem sine electione, in majorum suorum sepulchris est sepelendus. Probant eam textus in c. Eduen. c. unaqueque c. ubiqueque c. placuit, l. 3. q. 2. c. ult. in princip. 16. q. 1. c. 3. c. de uocato, in prin. de §. 1. hoc tit. c. nunci. §. 1. de ecclesi. Prelat. c. plerique, de patris, c. ut privilegia, de privileg. c. cum quis, c. si qui, in hoc tit. in 6. c. 1. de patris, eodem l. Clement. dudum §. verum, hoc tit. Clement. final. §. final. de penis, cum alii conceptis a Crespetio in summa, verbo Sepultura. Consonat lex §. iit. 15. partit. 1. Illustrant ultra laudatos in præfata a Garanna, & Barbofa, idem Barbofa l. 1. 2. Paris Ecclesiæ, c. 10. n. 20. & de offic. Parochi. c. 26. Petrus Gregorius l. 1. partit. tit. 17. c. 5. & l. 2. Gratiana, c. 13. n. 6. & l. 23. c. 23. Vighel. in method. iur. can. fol. 451. Tondutus reser. canon. c. 115. Valenzuela cons. 18. Basilius de matrem. l. 5. c. 12. §. 2. Parladorus differens. 66. §. 3. Fragoso de regim. Christi. Reser. 3. p. l. 5. §. 17. n. 529. Zexda in iudicib. tom. 1. c. 8. vers. 1. fol. 391. Cabreiros l. 2. de metru. c. 5. n. 87. P. Mendo de iure naturæ dem. l. 3. q. 50. Frances de Ecclesi. Cathed. c. 17. Murga tom. 2. disquisit. mor. tit. 8. disquisit. 1. cum seq. Alcestera lib. 1. differ. c. 12. Sed hæc assercio difficilis redditur ex sequenti juris consideratione: nam five testator eligat sepulturam, five non eligat, intra Ecclesiâ non est tumulandus, c. nullus 13. q. 2. Concilium Brachar. 1. can. 18. ibi: Corpora defunctorum nullo modo intra Basilicam Sanctorum sepeliantur, sed si necesse est, de foris circa murum Basilicæ. Concilium Arelat. sub Carolo, c. 21. Alia congerunt Antonius Augustinus in epit. l. 26. tit. 10. Lindembrogus in glossario, verbo Marturus, Savarus in notis ad D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III.

3. Impugnatur tradita assercio. )

4. De diversis sepulturæ modis.







Qui & ideo optabat decedere in patria, antequam in exilium mitteretur ut referit L. 3. *Tristium*, leg. 3. *Quantum erat, o magni peritura potere Divi!*  
 Ut saltem patria consumularer lauro?  
 Tunc postquam ignotis regitur mortuus in oris?  
 Et hinc ipse tristis facta loco?  
 Sed sine funibus caput hoc sine honore sepulchri,  
 Indepulsum barbara terra reges?  
 Quomodo etiam apud eundem ep. 10. infelix Ariadna dicitur a Theleo in insula ait:  
 Ergo nec lacrymas matris mortura videro?  
 Nec mea qui dixisti lumina condita erit?  
 Spiritus infelix pergitur iste in auras,  
 Nec postquam artus unges amica manus?  
 Et idem ep. 11. de Canace, ad fratrem Macareum:  
 Tutamen o frustra misera sperare feror?  
 Sparsa precor nati collige membra tui.  
 Et refer ad matrem, focique impone sepulchro  
 Urnaque nos habeat, quamlibet arda, duos.  
 Et eadem etiam ratione apud Virgilium *Æneid.* 10. Maxentius ab Æneae lethale vulnus accepturus hoc tantum rogat, ut conloquetur nati Laui, quem paulo ante idem Æneas interemerat, concederet sepulchro, & mater Burialis eius necem inconsolabiliter lugens, apud ipsum l. 9. *Æneid.* ait:  
 Hinc terra ignota: cunctis data prada Latinis,  
 Alitibusque jacet: nec te tua fœvera mater  
 Producat, pressive oculos, aut vulnera laevi.  
 Sic & Batulus *carm.* ad Mani, de fratre apud Troiam mortuo, ait:  
 Quem nunc tam longe, non inter nota sepulchra,  
 Nec prope cognatos compoſitum cineres,  
 Sed Trois obsœca, Troia infelix sepulchrum  
 Destinata nostro terra, aliena solo.  
 Et Propertius l. 3. *Ælegia* 3. in naufragio Partii, dolet:  
 Quod mater non iusta sua dare debita terge  
 Nequit, & cognatos inter humare rego.  
 Et apud Quintilianum *declam.* 11. Dives ille, "Miser ego, nec ad cadavera (filiorum scilicet) accessi, non sepulchra"

CAPUT II

a Leo Papa omnibus Fidelibus per Dardaniam constituit.

Relatum est auribus nostris, esse quosdam perverse agentes, qui subvertere nituntur, argue dividere conantur Ecclesie unitatem, videlicet Abbates, monachos, qui non studio charitatis, sed zelo rapacitatis invigilant, atque seducere conantur faculares, quos illaqueare possunt, ut res suas, atque possessiones, sive in morte, sive in vita monasteriis suis tradant, & b Ecclesiis, quibus subiecta esse videntur, & a quibus Baptismus, Penitentiam, Eucharistiam, necnon pabulum vite, cum lacte carnis acceperint, vel accipiunt, nihil de bonis relinquunt. Hunc denique fomitem discordia non animadvertendo modis omnibus inhibere volumus, & ne amplius fiat, omnino prohibemus, considerantes non esse bonum, si illi qui olim foci fuerant passionis, secundum e Apostolum, sint inimici a societate consolationum. Et quia dignus est operarius mercede sua, ideo precipimus, atque mandamus, ut quicunque amodo monasterio converti voluerit, sive in morte, sive in vita, omnium rerum & possessionum, quas pro salute anime sue decrevit disponere, medietatem Ecclesie, cui ipse dignitatem pertinere, relinquat, & sic in monasterio, pro ut libitum fuerit, eundi, convertendique habeat licentiam. Quicunque autem huius edicti violator exiterit, gladio anathematis subjaceat.

NOTÆ

**L** Eo. ) Etiam Leonij tribuunt presentem textum Carnotensis p. 7. *Decret.* c. 130. Anselmus l. 5. c. 51. Papiensis in l. collect. sub h. l. cap. 4. Cuius tamen Leonis sit, non constat, siquidem cum alii Leonij III. alii IX. tribuant: & cum illis variis scripserint epistolae, quibus caremus, certo non possimus assignare, quis ex Pontificibus huius nominis sit auctor presentis textus.  
 b Ecclesie. ) Parochialibus videlicet, ut infra dicemus in titulo de Parochiis.  
 c Apostolum. ) 1. ad Corinthios c. 2.  
 d Mercede sua. ) Matthæi c. 19. referunt in e. cum secundum, de prob.  
 e In vita, sive in morte. ) Glossa exponit, idest sive in agnitudine, sive in tempore mortis, sed perperam, nam casus agnitudinis satis illis verbis, sive in morte, comprehendebatur, quare verius credo, hæc verba accipienda esse ut loquuntur, videlicet sive sanus, sive in agnitudine constitutus, tempore mortis de rebus suis pro salute anime sue disposuerit. Nec tunc debet textus in c. 2. de regularibus, in s. compili ubi Honorius III. Abbatibus Cisterciensis Ordinis ita scribit: "Significatis siquidem nobis, quod in quibusdam partibus consuetudo detestabilis inolevit, videlicet quod cum aliqui amulantes charitativa meliora, monasteria vestri Ordinis volunt causa religionis intrare, ut ibi Domino famulentur, Capellani eorum donec ab eis prius que mortuaria nuncupantur, extorqueant, prout a parochianis suis decedentibus consueverant accipere, se illis temere opponant. Quare super hoc nostræ providentiæ remedium flagitavit. Volentes ergo abusu corruptelæ huiusmodi abolere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut capellanorum contradictione huiusmodi non obstantes, liberas personarum ad vos a seculo fugientes libere recipere valeatis." Facit caput audivimus, de Simon, nam pro huius textus solutione sciendum est, olim non licuisse religionem ingredi nisi abique prævio examine Episcopi proprii, can.

majorum meis manibus intuli: s. Recte ergo a Leone III. in presentem iuxta votum naturale, & communem naturæ legem statuitur, defunctum decedentem non electa sepultura, in majorum sepulchro esse tumulandum, quia creditur iuxta commune votum ibi sepeliri voluisse.  
 Nec obstat dubitanti ratio supra expensa de sepultura in Ecclesia non concedenda, qui satisfaciendum est iuxta distinctionem temporum supra relatum. Nec augmentum primum ipsius difficultatis, nam textus ibi adducti procedunt quando defunctus, qui non electa sepultura decessit, proprium sepulchrum non habebat, nec majorum suorum; tunc enim pro distinctione personarum sepultura decedente est iuxta ad ducta de Romano Pontifice, Cardinalibus, Legatis, Archiepiscopis, Episcopis, a Julio Lauro d. tit. 2. lucubr. c. 11. Si ergo parochianus intestatus decesserit, ita quod nec sepulchrum, nec sepulchrum proprium habeat, sepeliendus est in propria parochia, c. ex parte, c. cum liberum 6. c. in nostra 10. de sepultura. Quæ tamen dicatur propria parochia quoad sepulchrum, late exponit Barbola de officio parochi c. 26. Bassilius de materia l. 5. c. 13. §. 2. Nec obstat quod de sepulchri domino expendimus; nam dupliciter potest dici sepulchrum proprium. Primo quoad dominium, ut considerat in aliis rebus prophanis: & hoc nullo modo dari potest, cum sepulchro, ut loca religiosa, extra hominum commercium sint: secundo quoad usum, & jus sepeliendi, & hoc modo recte sepulchrum proprium dicitur: quapropter jus sepeliendi legari, atque concedi potest, l. monumenta 14. C. de legat. l. 1. tit. 13. p. 1. longa possessio acquiri, l. monumentum 6. C. de relig. Balsamon in notione, Photii, tit. 2. c. 2. p. 49. Anton. Clarus ad l. Regias, c. ult. Galdeia l. 4. var. c. 9. probavi in c. ad auras, de preser. Unde pro usu sepultura posteriora laicis competunt, sicut pro quocumque alio iure, quod possit possidere; l. 1. §. si servus vendit, in d. l. si venditor 10. l. si quis sepulchrum 12. ff. de relig. Ant. Clarus l. singul. ad leg. XII. tabul. c. ult. Mirandaus 2. c. de interd. Murga 7. l. disq. mor. n. 4. disq. 1. cum seq. & de quotidiana praxi testatur Flores de Mena ad Ant. Gamman de off. 54. n. 3. unde hoc sensu sepulchrum proprium dicitur in presenti.

10. Diffinitio dubitandi ratio.

CAPUT III

a Innocentius II. Januensi Episcopo.

Fraternitatem tuam ignorare non credimus, mortuorum sepulchra, & cometeria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus religiosorum fratrum conventus sunt constituti, & orationes, atque Missarum solemnitas, tam pro vivis quam b pro defunctis frequentius celebrantur; unde ipsorum devotioni, & Missarum solemnitas, tam pro vivis quam b pro defunctis frequentius celebrantur; unde ipsorum devotioni, & antiquis Ecclesiis, & parum, asiorumque parentum suorum sepulchris, contra consuetudinem Patrum veteris Testamenti, qui cum patribus suis sepulti esse leguntur, ad minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter, & contra antiquam institutionem facere videntur. Unde si forte P. de Castello contra tam antiquam, & rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandasse dicitur, hoc non præjudicat rationi, & viribus careat debet. Quocirca per presentia scripta mandamus, & p. mandando, quatenus corpus ipsius P. dilectis filiis nostris monachis c. S. Stephani reddi facias, & cum suis fratribus sepeliri.

NOTÆ

**I** nnocentius. ) In hac sexta collectione textus hic tribuitur Innocentio III. sed perperam, cum ejus auctor sit Innocentius II. ut habetur in l. compili. sub hoc tit. c. 5. ex qua litteram etiam restituit; & cum Raymondus in compendiosis Pontificum Decretis seriem temporum observaverit, non poterat Innocentium III. Decretalem compilare ante decreta Alexandri III. quæ sequantur in hoc tit. nec si Innocentius III. elset presentis textus, poterat reperiri in prima collectione; siquidem huius Pontificis decisiones tantum extant in tertia, & quarta collectione. Innocentius II. ante Gregorium dictus, electus fuit die 14. Februarii, & coronatus Romanus Pontifex die 20. anno 1130. ut referunt in eo anno Baronius, & Coriolanus, Ludovicus a Sancto Carolo in biblioth. Pontific. verbo Innocentius II. Missi autem presentem epistolam Januensi Episcopo, seu ut verius credo, Archiepiscopo; nam mortuo Sigefredo Januensi Episcopo anno 1129. & Innocentio II. Januensem Ecclesiam in Metropolitanam erexit, & cum die Bernadum elset electus in Prelatum ipsius Ecclesie, etiam dignitatem replevit, electus fuit Syrus qui Ecclesiam illam rexit per plures annos, ut referunt Marique *annal. Cisterc.* an. 1130. c. 6. in fine: unde illi presentem epistolam misam fuisse facile cognoscitur.

**T** am pro vivis, quam pro defunctis. Missarum enim sacrificia non solum pro vivis, verum etiam pro fidelibus sine desperatione defunctis, qui non decesserunt excommunicati, offerri possunt, c. non asserimus 13. q. 2. c. anime, ead. q. c. sane, 24. q. 2. cum aliis concessis a Crespetio verbo Defunctis, & per me in c. fin. de testam. Rationem reddit Ivo Carnot. ep. 198. his verbis: "Quia incertus est status animarum post hanc vitam, non videtur otiosum, si pro his intercedimus, qui jam requie perfruuntur, ut eorum requies augeatur; & pro his qui locis purgatorio deputati sunt, ut fidelium orationibus indulgentiam consequantur." Probant, & illustrant Gazeus in notis ad Cassianum, collat. 2. c. 5. Theophilus 1. 13. in Hierosol. p. 2. sect. 1. puncto 6. Becanus l. 3. apud. tit. de sacris. pro mortuis, P. Greg. l. 1. parisi. tit. 23. c. fin. Baronius t. 1. an. 34. Bellarminus de purgatorio, l. 2. c. 15. Savarus ad Sidenium l. 2. ep. 8. Ayala de tradit. Eccles. fol. 150. Pamelius in notis ad D. Cyrillum, ep. 51. n. 69. Vicecomes de ritib. Missæ, h. q. per tot. P. Henao de sacris. Missæ, t. 1. disp. 17. sect. 3. Nec contrarium statuitur in c. non oportet 29. de consue. dist. 1. in illis verbis: "Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare mortuis." In quibus docetur, non licere accedere ad sepulchra mortuorum sacrificandi gratia; nam pro illis canonice expositione sciendum est, tam Judæos, quam Gentiles defunctis suis parentales ritibus, & in feris; inter quos præcipuus fuit epulum, cuius ritus apud Judæos mentio extat in c. 30. Eccles. v. 18. ibi: "Bona abscondita in ore clauso: quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro." Et c. 4. Tobie, legitur Tobiam senesorem filio iussisse panem, & vinum supra sepulchrum ponere; referunt Josephus l. 2. de bello Judæo, c. 4. D. August. in solum. 48. Apud Gentiles proprium fuisse parentationis epulas ad monumentum asserit, probatur ex Tertulliano de resur. carnis, c. 1. ibi: "Defunctis parentant, & quidem impensivissimo officio, pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumunt." Expressus in l. de anima, c. 4. Gaudentius in orat. de lect. Exodi, ibi: "Parentalia, unde malum idololatrice extulit caput mortis: nam gule sue causa primum exceperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipsi comederent. Post hæc autem facti sacrificia sacralegia celebrare, quamvis esset ipsi mortuis suis minus sacrificium parentalia." Duplex autem epulum erat, unum defunctorum, cum ad eorum bustum epulas feriales cognati deferabant, quæ leviter deglutitæ igni tradebantur; de quo epulo agunt Ovidius, Virgilius, Lucianus, & alii relati a Spondano l. 1. de cometeriis, c. 17. Aliud erat epulum vivorum, quod amici & sanguine proximi ad sepulchra eorum, quibus parentabant, solebant deglutitæ igni tradebantur; de quo supra agunt Ovidius, Virgilius, Lucianus, & alii relati a Spondano l. 1. de cometeriis, c. 17. Aliud erat epulum vivorum, quod amici & sanguine proximi ad sepulchra eorum, quibus parentabant, solebant deglutitæ igni tradebantur; de quo supra agunt Ovidius, Virgilius, Lucianus, & alii relati a Spondano l. 1. de cometeriis, c. 17. Pineda in c. 7. Eccles. ad v. 3. Serarius in c. 3. Tobie, circa preser. 5. Cornelius in c. 30. Eccles. l. 2. p. Kirmanus de humanis l. 4. c. 4. §. 6. Lullus Bificia l. 1. tit. 1. c. 4. Sanctarellus in sphaera medicæ, c. 26. que parentationes dicebantur humana sacrificia. Festus Pompejus verbo Humanum: quem morem parentandi a quibusdam superstitionis Christianis diutius observatum fuisse in Iusto Cathedra sancti Petri, D. D. Gomezi, in Decretis, Tom. II.

imo & protractum ad Martyrum sepulchra, & Basilicas, exterrimare curavit D. Augustin. homil. 15. de Sanctis, & l. 8. de civ. Dei, c. 27. c. l. de moribus Eccles. c. 34. c. ep. 84. ad Aradium, Cyprianus de duplici martyri. Concil. Brachar. 2. can. 69. Carolus in Capitularibus, l. 6. tit. 194. Concil. Turon. 2. can. 23. Laod. can. 28. Carthag. 3. can. 30. sexta Synodus Trullana can. 74. Hoc ergo genus sacrificii pro parentationem cum epulis prohibetur in d. c. non oportet; non vero sacrificium Missæ, quod pro mortuis offerri posse, supra probavi c. 5. Stephani. ) Quoad monasterium Ordinis est D. Benedicti c. i. in diocesi Januensi.

COMMENTARIUM

**E**x hoc textu sequens communiter deducitur disputanda assertio: "Eligens sepulchrum in monasterio, aut loco religioso, ibi sepeliendus est; fecus vero si in loco minus religioso." Probant eam text. in c. 1. c. 3. c. de his q. ex parte 5. c. cum liberum 6. c. in nostra 10. h. t. c. 1. eod. tit. l. 6. Clemend. ead. tit. c. privilegia, de privileg. c. 1. de patris l. 6. c. 7. h. t. in l. collect. ubi ait Palchalis II. "Volumus, & juxta canonum statuta probabile nobis videtur, ut sicut morienti conceditur iudicium rerum suarum facere quicunque loco sibi placuerit, sic nimirum iustum est sui corporis habere licentiam illud iudicandi in quocumque loco voluntas ejus exiterit, sive in monasterio, sive in aliis religiosis locis." Illustrant ultra coegetis a Barbola, & Garanna in presenti, Jul. Laborus d. tit. 2. lucubr. c. 11. Bruno Chaffaigne de privi. regul. tit. 1. c. 7. propos. 3. Marga c. 1. disq. tit. 4. disq. 12. & alii supra, in c. 1. congeit.

Sed hæc assertio difficilis valde redditur. Primo in eaparte, ubi docetur, eligentem sepulchrum in monasterio, ibi sepeliendum esse, ex eo, nam abique proprii Parochi licentia nemo in monasterio sepeliri potest. D. Greg. relatus in c. 1. h. t. in l. collect. ubi ait Pontifex: "Monachi corpora, tam vivorum, quam mortuorum deferre ad Ecclesiam suam nequam audeant, nisi assensu, & petitione Ecclesie, quæ eis dum viverent consensu, & consensu servivit, ac ministravit. Quod si fecerint, ut invalores sanctæ Ecclesie, sub districti anathematis interpositione, quousque satisfecerint Ecclesie, precipimus." Ergo est quis eligat sepulchrum in loco religioso monachorum, ibi tumulandum non est, nisi consentiat proprius Parochus. Secunda pars assertionis, ubi docetur eligentem sepulchrum in loco minus religioso, in eo tumulandum non esse, impugnat sequenti consideratione. certum enim est, ultimam defuncti voluntatem modis omnibus adimplendam esse, c. illi 13. q. 2. c. nos quidem, c. si hœreticus testam. quia publice interest defunctorum voluntates extitum habere, l. vel negare 5. ff. quemadmodum testamento. Ergo si quis in loco religioso sepulchrum eligat, ibi sepeliendus est, præcipue cum parum interfit, sepultura fit in loco religioso, vel non. D. Th. in 4. d. 45. q. 2. art. 3. Guillelmus Conventrens in eludario ex sancto Anselmo, ubi interrogatus an iustus obit non sepeliri in loco sacro, respondet: "Nihil proflus; totus enim mandus est templum Dei, quod dedicatum est sanguine Christi: & sive in campo, sive in silva, vel in palude, vel in quovis loco sepeliatur, vel projiciatur, vel a bestis, vel a belluis devoratur, semper in gremio Ecclesie conservatur." Quos enim peccata depriment, non ad abolitionem, sed potius ad majoris damnationis cumulum eorum corpora in Ecclesiis tumulari docet D. Greg. l. 4. dial. 50. 51. & 53. ubi id horribilibus exemplis confirmat, c. sacris, in l. infra, ibi: "Cum non obit iustis sepultura nulla, vel vilis: impiis tamen celebris, vel pestifera non prodest." Sepultura enim, & lueris cura potius ad solatium vivorum, quam ad subsidium defunctorum spectant, ut docetur in c. nemo 13. q. 2. ergo si quis eligat sepulchrum in loco religioso, sive non, ejus voluntas semper adimplenda est. Faciunt exempla piorum vivorum, qui extra Ecclesiam sepeliri voluerunt, ut S. Vedastus, referente Albino Flacco in eji. adii, S. Ephrem, & Constantin. Magnus, sepulchrum extra, non intra tetracades sibi curantes. In vita S. Amati in fine ita legitur: "Iussu ipsius sibi sibi sepulchrum in ipso aditu Basilicæ Mariæ Dæ." Qua difficultate ita soluta non obstante, vera est præsens assertio, pro cuius expositione sciendum est, crescente in dies Christianis religio, in cometeriis, deinde in portica, tandem in ipsis Ecclesiis fidelium cadavera sepeliri permittimus fuisse, c. ubi tempus 13. q. 2. cap. sicut antiquitus 17. q. 4. Unde jam dudum invaleuit, fidelium sepulchrum posse concedi prope, vel intra Ecclesiam, ut supra in c. 1. probavi; non tamen permittitur su.

3. Conclusio arguitur & probatur.

4. Impossibile est iustis admittere assertio.

De sepulchra in monasteriis.







paret contradicere presumit. Peruenit ad audientiam nostram ex conuentione Abbatis & Fratrum Sancti Martini London. quod cum Presbyter quidam corpus cuiusdam mulieris, prout in ultima voluntate sua disposuit, ad Ecclesiam Sancti Martini sepelendum deferret, monachi Sancti & Vincentii Laudonensis corpus ipsius violenter rapere, & ad Ecclesiam suam sepelire minime dubitauerunt: & hoc idem de filio Radulphi Canis praesumpserunt, super quo utique vehementer sumus admiratione commoti, cum istem monachi, & Sanctorum Patrum constitutionibus contrariarent, & privilegia praedecessorum nostrorum, & nostra, quae praedicti Fratres de libera se habere sepultura proponunt, fatigant violare. Inde est quod f. t. per A. l. m. quat. utraque parte apud vos convocata, rei veritatem super hoc inquiratis, & si ita inueniatis esse, praefatos monachos monere curetis, & auctoritate nostra districte compellere, ut ipsa praefata mulieris, & filii praedicti R. & beneficia, quae occasione sepulturae ipsorum recepisse noscuntur, memoratis fratribus cum integritate restituant, & de cetero facere familia non praesumant.

NOTAE.

1 a **F** *Decano.* Ita legitur in secunda collectione, sub h. l. 1. *Decano.* Idem, Alexander III. Fulconem Decanum & Magistro Radulpho Rhemenfi. Is vero Fulco est, cui scribit ipse Alexander in ep. 2. & 4. Radulphus autem is est cui ipse episcopus ad Innocentium 28. quae extat apud Sirmundum ut nota Boquetus ad Innocentium 1. 1. ep. 4. De Rhemenfi diocesi nonnulla notari in c. 2. de appellacionibus. b *Constitutionibus.* Supra congeffis in c. 5. c *Sancti Martini.* De hoc monasterio nonnulla adduxi in c. intelleximus 12. de atar. & qual. d *Legendum est Laudon.* Laudonensis enim ciuitas, vulgo *Laon*, est in Gallia, in Campaniz & Picardiz conuincia posita: habet Ecclesiam Cathedralen B. Marie di-

catam, suffraganeam Rhemenfis, cuius Praesules Duces, & Pares Francie nominantur, ut refertur Chenu in Chronol. Gallie, Prax. Samarth. c. 2. Gallia Christ. fol. 616. Eius Ecclesie mentio fit in c. 14. & 16. de re iudic. cap. 33. de refer. cap. 17. prob. e *Sancti Vincentii.* Monasterium hoc Sancti Vincentii Martycis Ordinis est D. Benedicti diocesis Laudonensis, Congregationis Sancti Mauri, a Brunichilde Regina fundatum, in quo resedisse 12. Canonicos refert Boquetus ad Innocentium 1. 1. ep. 4. in quorum locum Adelinus Laudonensis Episcopus substituit monachos duodecim et monasterio Sancti Benedicti super Ligermi sito euocatis, ut refertur in Chron. Flodardii, anno Christi 921. De eo Fratres Samarthani 144. Gallia Christ. fol. 944. Textum hunc exposui in c. 16. de res. spol. & eius commentarium petendum est ex c. 1. h. 1.

CAPUT VII.

a Lucius III. Episcopo Florent.

**D**E uxore vero, utrum quemadmodum & vir liberam habere debeat sepulturam, videtur nobis quod nulla super hoc inter virum, & mulierem fit facienda distinctio, & in utroque, casu isto, aequale esse credimus facultatem, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur a lege viri.

NOTAE.

1 a **L** *Lucius III.* Ita etiam legitur in prima compilatione, sub h. l. c. 7. sed male, cum huius textus auctor sit Urbanus III. ut legitur post Concil. Later. p. ult. c. 63. & in c. litteras, de conug. lepro. c. 6. de divorcijs c. fin. cod. tit. in 1. compil. ubi extant aliae partes ipsius textus, quae sub uno capite ita habentur in d. c. 63. "Litteras fraternitatis tuae debita benignitate susceperimus, quibus certiores de sinceritate tuae fidei, & deuotionis effecti, ad honorem tuum, & commodum abundantius protocamus. Verum quia a nobis postulasti, utrum postquam sponsalia inter aliquas legitimas personas contracta fuerint, & antequam a viro mulier traducatur, alter eorum lepra morbum incurrat, alter ad consummandam copulam maritalem compelli debeat, vel se possit ad secunda vota transferre; tuae sollicitudini respondemus, quod ad accipiendam eum cogi non debet, cum inter eos matrimonium non fit consummatum. De illa vero, quae viro suo labente in haeresim, ipsius consorcium declinavit, utrum reuerente illo ad Catholicam veritatem, ad redintegrandum matrimonium sit cogenda, videtur nobis, quod si mulier ea dumtaxat intentione discessit, ut lapsus in haeresim, rudio pariter, & confusione affectus, vel se errore suo converteret, ei cum reuersione fieri, est reddenda: quae etiam reuerti noluerit, compellatur. Si vero iudicio Ecclesia sine spe matrimonii redintegrandi recessit, ad recipiendam eam nullatenus eam dicimus compellendam. De uxore vero, utrum quemadmodum & vir, liberam debeat habere sepulturam, videtur nobis, quod nulla super hoc inter virum, & mulierem fit differentia: sed utriusque (in casu isto) aequale credimus esse facultatem, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur a lege viri; utrum autem pater minores filios ubi magis voluerit, valeat sepelire, non inuenimus a Sanctis Patribus diffinitum, & propterea terrae consuetudini decernimus relinquendam. Florentia autem Ecuriae caput, & Metropolis est, magnorum Ducum inclita sedes, de cuius origine, & amplitudine plura tradit U. hell. l. 3. Ital. sacra, in prin. Eius Ecclesia Episcopalis tantum facta temporibus Melchias usque ad Martinum V. qui absolutum Concil. Constantiensis Romam rediens, ex itinere diuertit Florentiam, ubi cum magnificentissime reciperetur, releturus non impares gratias, Cathedrali Archiepiscopali ipsam Ecclesiam decoravit die 2. Maii ann. 1270. unde cognoscitur, quare Urbanus III. in praesenti tantum rescribat Praefati Florentino sub nomine Episcopi.

COMMENTARIUM.

**E**X praesenti textu sequens communitur deducitur assertio: "Mulier etiam supra libere potest sibi eligere sepulturam ubi voluerit." Probat textus ab specie in c. qui, si mulier, h. t. in 6. & per argumentum omnes citati superioribus commentariis. Illustrant ultra repetentes in praesenti, & in d. si mulier, p. Gregor. l. 9. Synagoga, c. 1. Parolarius l. 3. different. q. 66. S. Spondanus de camerarijs, p. 1. l. 4. c. 7. pluribus relatis Barbofa l. 2. iuri Ecclesiastica, c. 10. m. 19. Toodutus in resal. canon. Sed haec assertio non leuiter impugnatur ex sequentibus iuris principijs; nam vir, & uxor sub eodem iure vicitantur:

l. 1. si vir, ff. ad Syllaniam, l. sed nec 8. ff. de usu, & hab. l. pen. ff. de don. inter, Paulus l. 2. sent. tit. 19. si vir absens, & domus mariti lar matrimonij dicitur, l. 1. si demum, ff. de liberis agnos. Servius ad illud l. 3. Virgil. "Et patria Andromacham iterum cessit marito. Secundum jus loquutus est, ait, quia uxor domicilium viri sequitur." Adde Gellium l. 13. c. 10. Artemidor. l. 2. c. 54. August. de ciu. Dei, l. 6. c. 9. Sidonius l. 1. ep. 5. c. l. 2. ep. 10. Et mariti honorum loca sunt, atque participes. Illustrat Savarus l. 5. ep. 16. & nos in c. 2. de don. inter. Et in una domo cohabitare debent, l. 4. si ff. de usu, & hab. l. 111. ff. de v. o. Licet magnates viri aliquando seorsim habitarent, l. cum statum 3. si mulier, ff. de don. l. nihil 15. ff. verum amos. Forner. l. 3. ver. quotid. c. 5. Unde prodium est, alter eorum eidem ciuitatis cum viro incolam intelligi, l. ult. §. 3. ff. ad municip. l. 1. c. de muliere, & ubi, l. 10. Tiraquell. in l. 1. consub. m. 28. Oualdus l. 13. Donelli, c. per. litt. M. Sed sepultura defanctorum domus est, l. 2. c. Theod. de sepulchro viol. illustraui supra in c. 1. ergo in iulium, et mulier, quae superstitis viri domicilium sequata est, eodem mortui tumulo non contegatur, ut ratiocinatur Zasius in l. pen. ff. de iurisd. Unde D. Hieron. relatus a Gratiano in c. Ebron. 13. q. 2. ait: "Quod conjuncti unum conjugium, conjugat sepulchram." Quod & probatur exemplis primorum Patriarcharum, qui eodem sepulchro cum uxoribus conditi sunt, Genes. c. 25. & 49. Iosue c. 14. & Tobiae, qui filio suo praecipit, ut matrem sepeliret iuxta ipsum in uno sepulchro, c. 4. & 14. Tobiae, & Judith, quae sepulta est cum viro suo c. 16. Judith: fatisque eam generalem Iudaeis consuetudinem, tam ex his constat, quam quod etiam in actis Apostolorum legitur c. 5. Sapphiram voce D. Petri extinctam, sepultam esse apud virum suum Ananiam, eodem eventu paulo ante defunctam. Narrat D. Augustin. sanctam Monicam ipsius matrem magna cura semper ziluisse de sepulchro, quod sibi providerat, preparaueratque iuxta caput viri sui, narrat l. 9. confess. c. 11. idque pluribus exemplis Christianorum, & Gentilium firmari poterat. Illud tamen non omittam, quod refert Greg. Tur. l. 1. Hist. Franc. c. 42. & de gloria consell. c. 32. de duorum nobilium Arvernorum sepultura; cum post perpetuam continentiam secreta in sancto conuugio ex pacto seruatam, prior puella decessisset, ac peracto viri funeris officio paellam in sepulchro deponens, elevatis ad celum manibus arcuam paraderet, dicens: "Gratias tibi ago, zerne Domine, quia hanc thesaurum sicut a te commendatum accepi, ita immaculatam pietatiz restituo: ad hac puella mortua subsides, sile (inquit) sile viri Dei, quia non est necesse fatearis nostrum, nemine interrogante, secretum." Cum vero post paululum temporis vir quoque migrasset, & vix, sepultratae fuisset in loco sepacato altera parte Ecclesiae, factum esse, ut sepulchra diuinitus in unum iungerentur: Scilicet, ut quas teneret societas celum (inquit Gregorius) sepulchrorum hic corporum non separaret monumentum. Secundo diffusus est praesens textus in ratione ab Urbano III. adducta, dum docet, uxorem posse eligere sepulturam, quia talis electio tunc sortitur effectum, cum uxor non est, cum soluta sit per mortem a lege viri, nec amplius deur cohabitatio: nam si dispositio fiat tempore inhabili, licet effectus conferatur in tempus habile, adhuc non sustinetur:

tar: unde minor qui propter aetatem manumittere non potest, si libertatem conferat in tempus cum major fuerit libertas non competit, nec effectum habet, l. si minor, c. de foris exortis, ergo nihil interet, quod electio sepulturae ab uxore conferatur in tempus habile, si dispositio fiat tempore inhabili. Accedit in terminis electiois sepulturae; nam monachus, licet post mortem liberetur ab obedientia sui Praelati, tamen non potest eligere sepulturam, c. fin. hoc tit. l. 6. ergo similiter uxor licet eligendo sepulturam conferat electionis effectum in tempus, in quo soluta est a lege viri, inuituliter sepulturam eligit.

Adhuc tamen defendenda est praesens Urbani decisio, cuius rationem ut agnoscamus, sciendum est, quemlibet habentem legitimam aetatem, five virum, five feminam, posse sibi eligere sepulturam, dummodo non prohibetur a iure; electio enim sepulturae est pars ultima voluntatis, cap. contra 12. q. 2. c. cum liberum, hoc tit. unde filiusfamilias, si pubes est, potest sibi eligere sepulturam, c. licet, hoc tit. in 6. & seruis similiter potest eam eligere; quia quod sepulturam personam habet, & non attenditur dominica potestas, l. 2. l. 4. ff. de religiosis. Unde intelligitur textus in l. 3. §. si seruus, ff. de sepulchro violat. juncto Narbona anno 14. q. 47. Jul. Lavor. d. tit. 2. c. 11. n. 146. Sed ab postea talis electio relinquitur in alterius arbitrium, controversum est. Negant committi posse Geminianus in c. 1. si, qui §. mulier, n. 6. hoc tit. l. 8. Jul. Lavorus d. c. 11. n. 6. moti ex eo, quod mandatum morte finitur, c. gratum, c. relatum, ubi probavi, de offic. deleg. Ergo post mortem mandatis illud exequi non potest. Sed rectius affirmat Garterez de iuram. p. 2. c. 4. Carpio de exere. l. 2. c. 4. Murga 1. 1. disquisit. mot. 174. 4. disquisit. 9. §. 10. Quorum opinio suaderet ex l. 38. Tauri, l. 17. tit. 4. l. 5. recepti. Nec fundamentum contrariae sententiae obstat; nam cum mandatum hoc circa sepulturam conferatur, post mortem mandatis non finitur, l. fin. ff. de solut. textus ab specie in l. 14. ff. de relig. unde tam in testamento, quam inter vivos utiliter electio sepulturae alterius arbitrio committitur. Deinde sciendum est, mulierem nuptam posse facere testamentum, & utiliter de omnibus rebus suis disponere, l. si mater 33. de vulgari, l. 3. c. de inoffic. lmo licet iure civili uxor ducta per coemptionem efficeretur filiafamilias, in mariticae sacra transferebat, nihilominus testamentum facere poterat. Ulpianus in fragmentis, tit. 20. §. penult. Ouald. l. 6. Donelli c. 5. littera B. Dom. Josephus de Retes l. 1. episc. c. 22. Unde tot fragmenta testamentorum matrumfamilias in Pandectarum libris reperiuntur; iure tamen vetustissimo mulieres jus testamenti faciendi non habuissent, ex Gellio probate intendit Vvifemb. disj. 17. n. 16.

Unde jam apparet vera decimandi ratio praesentis text. nam cum electio sepulturae inter ultimas voluntates connumeretur, ex adductis per DD. in c. ult. l. 3. q. 2. Joanne Andrea in c. 1. m. 3. hoc tit. l. 6. Jul. Lavor. d. c. 11. & mulier etiam contrae matrimonio possit condere testamentum, & quoad ultimam dispositionem pro patrefamilias habeatur, inde sicut maritus potest relicto sepulchro majorum sibi eligere sepulturam, ita & uxor relicta mariti sepultura potest sibi aliam eligere. Accedit ratio ab Urbano in praesenti adducta illis verbis: "Cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur a lege viri." Licet enim mulier constanter matrimonio non possit de rebus propriis disponere, tamen sepulturam eligere valet; quia effectus talis dispositionis confertur eo in tempore, quo soluta est a lege viri. In his enim casibus, in quibus attenditur effectus, paria sunt aliquid disponere tempore habili vel tempore inhabili, dummodo effectus conferatur in tempus habile, l. quod sponsa, c. de donat. ante nupt. l. in tempus, ff. de hered. instit. Quae ratio mire confirmari valet ex eo, nam licet constanter matrimonio uxor viro, vel vir uxori donare sibi inuicem non possit, ex l. 1. cum vulgari, ff. de donat. inter, l. mortis 40. ff. de donat. causa mort. donare tamen sibi possunt in casum exilij, seu deportationis, l. sed si mori 3. l. inter 43. ff. de donat. inter, in casum divorci, l. sed interim, §. final. cum dua-

bus legibus seqq. l. Vitruvius 41. ff. de donat. inter, rationem de die Consulatus in l. quia, ff. eodem tit. his verbis: "Quia donationis eventus excurrit in id tempus, quo vir, & uxor desinant." Quam explicat Gentilis l. 2. de donat. c. 33. Non ergo mirum est, ut sepulturae electio ab uxore facta subsistat, cum ejus effectus conferatur id in tempus, quo vir, & uxor desinat esse. Accedit etiam, nam Romani cohabitationis conjugalis observatores agnoverunt, uxores posse in proprijs sepulchris, & diversis a maritorum sepulchris tumulari, ut constat ex l. alumnae, §. ab hereditibus, ff. de adimend. legat. & alijs juris locis, in quibus mentio fit sepulchrorum ab hereditibus uxorum constructorum.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam omnia, quae in eis afferebamus, procedunt, & locum habent constantem matrimonio in vita ipsorum conjugum: ac vero in praesenti deciditur casus, in quo jam solutum est matrimonium per mortem, & ita cohabitationis obligatio cessavit. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis; nam ut supra dixi in c. cum esset, de testam. aliquando actus prohibetur tantum inspecto ejus effectu, aliquando etiam attenditur tempus, in quo dispositio fit, ut in casu libertatis a minore praestita, in quo attenditur tempus, quo relinquitur; & ideo inuituliter datur a minore. Idemque procedit in religiose eligente sepulturam, nam cum ipse testamentum facere non possit ex defectu honorum, & voluntatis, ut probavi in c. 2. de testam. ideo non habet, quod conferat post tempus mortis, & per consequens, nec potest eligere sepulturam, nisi valde remotus sit a proprio monasterio, nam tunc eam eligere valet, c. fin. hoc tit. in 6. Tamburinus de iure Abbatiss. disp. 34. q. 1. Diana p. 5. r. 3. resol. 110. Barbofa de iure Eccles. l. 1. c. 43. n. 89. Choppinus l. 2. monach. tit. 2. n. fin.

Sed superiori assertioni obstat textus in c. unicusque 13. q. 2. in illis verbis: "Unaquaque mulier sequatur virum suum, five in vita, five in morte." Ex quibus expresse deducitur, uxorem sepeliendam esse necessario in sepulchro mariti; si quidem docet D. Augustinus in vita, & in morte uxorem sequi debere maritum suum. Glossa ibi, *velut in morte*, accipit textum illum de consilio, ita ut mulier debeat sepeliri in sepulchro viri sui, iuxta antiquorum facta, & exempla; siquidem ut supra retuli de Hebraeis, semper uxores cum viris suis sepeliebantur: quod & apud Gentiles usitatum fuisse, constat ex traditis a Strabone l. 15. Valerio Maximo l. 2. c. 1. Philone Judaeo in l. de Abrahamo, Eusebio de preparat. Evang. l. 6. & apud Indos consuetudo est, ut vidua viva simul cum marito in rogum iijiciatur, & cum plures uxores sunt, in certamen veniant, & quae viduix evadit, lra cum viro in rogum mittitur. Propertius l. 3. d. 13.

*Felix Esis lex fueris una mariti, Quos aurora suis rubra colora equis, Namque ubi morifero iacta est sax ultima lecto, Uxorum fultis sine pia turba comis. Et certamen habens lethi, qua virca sequatur Conjugium, pudor est non liceisse morti. Ardent uirgines, & flammae pestera praebent. Imponuntque suis ora perusta viris.*

Illustrat Jo. Andreas q. c. 10. de sepulturis. De Thracibus idem refert Bernegerus q. 141. ad Tractatum. Verum est haec solutio sustineri possit, non incongrue dici potest, D. Augustinum accipiendum esse eo casu, in quo uxor sepultura non electa decessit; nam tunc aequum est, ut in sepulchro viri sui sepeliatur; & si plures maritos habuit, in sepulchro ultimi, cuius domicilium, & honorem retinet, est tumulanda, c. i. qui §. mulier, hoc tit. in 6. docent Didacus Perez in l. 2. tit. 3. l. 1. ord. Gamma dec. 105. Jul. Lavorus d. c. 11. n. 134. quomodo etiam accipiendum est text. in c. Ebron. in fin. 13. q. 2. in illis verbis: "Quos conjunxit unum conjugium, conjugat unum sepulchrum, quia una caro sunt." & quos Deus conjunxit, homo non sepatet. Si vero mulier electa sepultura decessat, tunc eius ultima voluntas adimplenda est, quo casu procedit praesens textus.

S.

**U**trum autem pater, quo magis voluerit, minores filios valeat sepelire, non inuenimus a Sanctis Patribus diffinitum, & propterea terrae consuetudini decernimus relinquendum.

COMMENTARIUM.

**C**um sepulturae electio sit pars ultima voluntatis, ut colligitur ex c. placuit 7. 13. q. 2. & docent Medicis de sepulchris, q. 8. n. 2. Narbona de stato ad alius humanos, anno 14. q. 47. inde provenit, quod sicut, qui testamentum facit, debet esse pubes, l. qui aetate 5. ff. qui testamentum, ita & qui sepulturam eligere valet, c. licet, de sepulchris in 6. docent plures congeffi a Narbona dicit, q. 47. Barbofa l. 2. iuri Eccles. c. 10. m. 19. & l. 1. de officio Parochi, c. 26. n. 19. Diana §. per. r. 3. resol. 107. & 108. Murga r. 1. r. 4. disquisit. 8. §. 11. Nec interet, an talis pubes sit in potestate patris, vel extra; quia quoad sepulturae electionem non attenditur patria potestas, Tum quia confertur haec dispositio in tempus, in quo filius solutus est a patria potestate, ut de uxore pro-

xime dicebamus, Tum quia quoad spiritualia patria potestas non inspicitur, c. fin. de iudicij, l. 6. Si autem filius pubes decessat non electa sepultura, & majorum sepulchra non sint, debet sepeliri in propria parochia, c. 20. qui, hoc tit. in 6. Quae tamen Doctores, si pater, & avus sepulchri sint in una Ecclesia, alii vero majores in alia, ubi sepelientis sint filius. Et docere probat Oualdus consil. 25. quem transcribit Jul. Lavorus dicit, tit. 2. c. 11. n. 114. in sepulchro patris esse sepeliendum; si autem filius habeat patrem, & matrem diversa sepulchra habentes, filia sepelitur in sepulchro matris, cuius conditionem, non vero patris sequitur, c. fin. de filijs praesby. c. licet, de conug. lepro. quae omnia procedunt, nisi aliter consuetudine introductum sit, videlicet ut pater pro filio sepulturam eligat, ut in praesenti §. docetur.